

1. *Cui* Apparet hic primo loco circumstantia *Cui* sci-
dan- licet dandum? Ubi habendus est delectus persona-
dum? rum, in quas beneficia conferimus, *ne Charites*
virgines ut scorta habeamus, quod Socrates apud
 Laërtium adolescenti cuidam dona promiscue ef-
 fundenti exprobrat. Observandum igitur ut
 ii, quibus largimur, donis digni sint: Nam se-
 cundum Ciceronem *Lib. II. de Officiis*: Duo sunt
 largorum genera, quorum alteri prodigi, scilicet
 qui in epulis & invitationibus, & gladiatorum
 muneribus, ludorum, venationumque apparatu
 pecunias profundunt, & in eas res, quarum me-
 moriam nullam, aut brevem sunt relicturi. Alii
 sunt liberales, quia facultatibus suis aut captos a
 prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt
 amicorum causa, aut in filiarum collocacione ad-
 juvant, aut opitulantur in re acquirenda, aut au-
 genda, &c. Ex quibus patet, liberalitatem se se
 extendere in pauperes, eosque qui patiuntur mi-
 seriam & ærumnam fame, carcere, aliisque mo-
 dis. Bucephalus reddebat aliquando urinam in
 flumen; quod cum videret aulicus de comitatu A-
 lexandri, dicebat: *Equum imitari herum suum.*
 Optandum vero, ut ne hodie multi Reges atque
 Principes hac in parte imitarentur Alexandrum.
 Quin opes recte sunt impendendæ, neque proban-
 da illa Cratetis de sumptibus ephemeris, a Magna-
 tibus sæpe observata, & apud Laërtium *in vita*
Cratetis Thebani ita consignata: *Coquo ponantur*
mine

Sum-
ptus
sunt
recte
impen-
dendi.